2965 traditur una cum n. 2963.

*s*EDATV*s quaest*
LVS · II · VIR
A E D
AVIVS · MVSCA Q
*germ*ANICI · F · II · VIR · QVINQ
SEDATVS · PR
VS · AED
QV*a*EST

Servavit Petrini p. 324 n. 4 et apud Marinium ms. Vat. 9127 f. 268 et Lanzium ms. mus. Florent. vol. 45 et vol. 36, 4.

5 significantur Nero et Drusus Germanici filii aut ambo aut alter ex eis; eorum loco qui praefecti fuerunt, perscripti erant in v. 6, unde pro PR videtur corrigendum esse PRAEF. — 8 QVEST Petr. cum Mar., QVAEST Lanzi.

2966 *tavola di marmo lunga un palmo e mezzo, e due larga; fu scoperta poch' anni addietro presso il sito dell' antico foro Prenestino, vale a dire dentro la vigna Bellezze* CECCONI. Praeneste in muro vineae Bellezze, nunc apud me MAR. Apud Borgiam PETRINI. Ex museo Borgiano fragmentum complexum particulas versuum 1—5 transiit in museum Neapolitanum; duo fragmenta maiora (pars intuenti sinistra, et ex parte intuenti dextra vv. 5—13) extant Romae in repositis musei Lateranensis.

	II
	DOLABELLA · II*uir*
	ROTÁNIVS · A*ed*
M · SAMIAR*IVS*	*Q · f l* AVIVS · QVA*est*
C · MESSIENVS	*P · CO*RNELIVS · II*Vir*
SEX · CAESIVS	*L ·* NASSIVS *aed*
Q · CÁLEIVS	*C · S*ERTORIVS · QV*Aest*
G · SALVIVS	*T · L*VCRETIVS · II · *Vir*
L · CVRTIVS	*C ·* VIBIVS A*ed*
STATIOL*ENVS*	*C ·* CASSIVS · QVA*est*
	M · PETRONIVS · QV*inq*
	Q · ARRASIDIVS · *aed*
	T · APONIVS · QVA*est*

Haec omnia descripserunt Cecconi p. 27; Marini ms. Vat. 9125 f. 207; Petrini p. 325 n. 5; repetivit Henzen syll. n. 7164. Ex particulis quae extant Neapolitanam descripsimus Mommsen inscr. Neap. 6337 et huius corporis vol. X n. 1855 (cf. add. p. 972), Fiorellius catal. mus. Neap. n. 1554, ego; fragmenta Lateranensia descripsit Detlefsen, alterum ex his (id quod intuenti est a dextra) recognovi ipse.

Quae perierunt, dedi inclinatis. — 4 Q·FLAVIVS Petr. supplemento in textum recepto. — 7 fin. QVA Mar. Petr., QV Cecc. — 8 primam litteram iam fractam pro T habuit Detlefsen, errore, cum reliqui omnes habeant C. — 11 fin. *qu[inq]*. supplevit Henzen *Neue Jenaische allgemeine Literaturzeitung* ann. VI n. 63 (15 Mart. 1847).

Huius fragmenti aetas non est certa, sed vix multum diversa a n. 2964 et 2965, his fortasse paullo superior. — Notabile est magistratus omnes hic cognominibus carere praeter solum duovirum v. 2.

2967 fragmentum tabulae marmoreae rep. anno 1864 effossionibus institutis loco dicto *le Quadrelle*. Nunc Praeneste apud Cicerchiam.

SABIN · Q
NVS
II · VIR
ER
ELIVS · RVFVS · AED
CIVS · VALER · Q ·

Descripsimus Stevenson ex lapide, ego ex ectypis compluribus. Henzen edidit *bull. dell' Inst.* 1865 p. 88 ad ectypum missum a Cicerchia (d. 28 Apr. 1864) et ad apographum Scognamiglii.

In hoc fastorum fragmento omnes magistratus habebant cognomina adscripta. — 5 lege *Valer(ianus)*.

2968 fragmentum tabulae marmoreae. Praeneste in aedibus Fiumara.

M · DECVMIVS	L · FERLIDI*V*s
C · PACCIVS	C · NINN
C · ALBINIVS	SEX · PO
SEX · CAPIVAS	C · M
	C

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Cicerchia ms.

Supra utrum fracta sit an integra, non constat. Si pertinuit ad eosdem fastos ad quos n. 2964 seq., his annis bina tantum magistratuum paria Praeneste creata esse oportet, scilicet duoviros et aediles.

2969 traditur una cum n. 2963.

C I
VS · Q · SPID
VS · CELER · SI
NVS · A

Servavit Petrini p. 324 n. 4 et apud Marinium Vat. 9127 f. 268. Huius Corp. vol. I p. 474 n. XIII.

Nolui separare a n. 2963 et 2965, quibuscum exhibet Petrini tamquam eiusdem lapidis fragmentum ('*altro frammento*', '*terzo frammento*'). — 2 potest esse *q(uaestores)*, 4 *a[ediles]*.

2970 Praeneste in duobus epistyliis quae extant loco antiquo a sinistra et a dextra ingentis absidis sive hemicyclii nunc inserti palatio maiori Barberinorum, litteris evanidis.

//*EC* · POP////////////////TI*N* *FA*/ COER · ET S*I*GNA RESTIT

Recognovi ut potui. Viderunt sine dubio omnes qui Praeneste adierunt, sed descripserunt pauci. Primus exhibet Suaresius Praen. p. 86, haec enim est, quamvis non solum verba corruperit Suaresius, sed etiam locum male significaverit, extare enim dicit 'in columna prope palatium principis'; ex Suaresio repetivit Pennazza ms. Aliter et aliquanto melius, praesertim in latere dextro, Cecconi p. 49. Petrini p. 323 n. 2 (ex hoc verba repetivit Nibby *viaggio* 1 p. 294; item Marocco 8 p. 88). Huius corporis vol. I n. 1135.

Partem sinistram sic exhibet Suaresius Q·EX·S·C·POPVL...VI... (si quidem etiam haec ultima eo spectant, nam non distinguit inter partes sinistram et dextram Suaresius), ...EX SC....TIN... Cecconi, ...EC·POP· ....TIN Petrini; ego vidi ea quae supra dantur litteris rectis, reliqua adscivi ex Petrinio. Punctum inter C et P certum est; post C·P periisse litteras inter decem fere et quindecim, post TI unam (scilicet N Petrinii) in re praesenti adnotavi.

In parte dextra ....RESTITVIT ERAT... Suar., FA...COER·ET TIGNA·RESTITIT Cecc., FA·COER·ET·SIGNA·RESTIT Petr.; ego vidi quae dedi litteris rectis, FA.. (nunc ante COER nihil litterarum superest) adscivi ex Cecconio et Petrinio, sive potius ex solo Cecconio, nam in talibus inscriptionibus etiam accuratissimi auctores a prioribus pendere solent; spatium tribus litteris aptum est. In fine nihil periit.

Lectio supra recepta si vera est, legendum erit *[d]ec(uriones) pop[ulusq(ue) Praenes]tin(us) fa[c(iendum)] coer(avere) et signa restit(uere)*.